

Exegetis concilij cu:

IVSDAM GENERALIS, IN
vno beneficiorum multitudinem vetatis, ter-
tio libro Decretalium Gregorianarum, Cap.

xxviii. Tituli quinti: Ex commentariis

rerum quotidianarum Io. Quintini

Hædvi, iuris doctoris, & ordi-

narii professoris

Lutetiae.



*est libro de pueris seu unum le
falso nomine del autor. y por pa
cular han del Sr. D. D. D. D. D.
en el año de 1711. de 515
Bernabé de Madroño*

PARISIIS,

Ex officina Christiani Wecheli, sub scuto Ba-
siliensi, in vico Iacobæo: & sub Pegaso, in vi-
co Bellouacensi. M. D. XXXIX.



COLL. SOC. THEV. SA. M. EX DONO REGVM.

ADMODVM REVE-
RENDO, ORNATOQVE VI-

ro, D. Gulielmo Quynonio, hospitalis mili-
tiæ sodali eximio, eiusdemq; per Galliam
procuratori vigilantissi, Priori Cor-
boliensi, & Sancti Io. Latera-
nensis, ac Stamparum
commendatario
meritissimo

S. P.



NE nihil agerem (pater mihi, ac do-
mine obseruande) proxime transa-
ctis mensibus egi comœdiam, sanè
actuofam, sed scœna frequentissima:
cuius quia abs te vno fuit choragium totû, iu-
re atque adeo meritò nunc secundò data mu-
nerarium te rursus adit, ac statim prologo sa-
lutat. Utinam studiosorum populo tam pla-
ceat ædita, quàm fuit, dum nuper ageretur,
plausibiliter audita. Digna sit theatro, digna
te fabula. Actui meo quid optem maius non
habeo. Siquidè, Lutetię quod agitur, non in so-
lius vrbs, sed in celeberrimo quodam totius
orbis theatro referri repræsentariq; videtur:
vbi vel in media tantum, promiscuaq; ludio-
num & actorum turba conspici, honorificen-

A ii tiffi-

BENEVOLIS, ET CANDIDIS AUDITORIBVS.



Ex præteritos menses interpretandis beneficialibus (quemadmodum nostri loquuntur) Ecclesie, pontificumq; decretis insumptos (ingeniosa iuuentus) in gratia uestram, ut me tandem promisso liberarem, aliquo breuiore temporis compendio tentavi repetere, quasi que reuocare lapsos. In hunc itaq; libellum, æu per angustum quoddam hospitolum, sunt à me transeunt congesta (quatenus mihi quisque locus postulare uisus est: nam itinere tam uario & flexuoso, non possunt omnia, nec debent una mansione suscipi) de præbendis, & dignitatibus, cæterisque: sacro ijs, pauca de multis, quæ latè nos ac longè haud ita pridem perambulauimus, inter exponendum titulum quintum libri tertij decretalium Gregorij. Antè annos plus trecentos Romæ lata lex est, frequentissimo totius orbis Christiani conuentu, de rebus ferme singulis ad ecclesiam ipsam fidelium, & uniuersum Christianorum ordinem pertinentibus: sexaginta lex illa, & plura complectitur causarum diuersarum capita: è quibus aliquot in sua compilatione Remundus seposuit, distincta suis queq; & subdita titulis. Præ alijs uero nunc seligere placuit octauum & uigesimum in illo titulo quinto, cuius initium, De multa prouidentia. Quod se sua sic utilitate commendat, æquitateque probat, ut nefariam pars alia sit ulla iuris cognitu magis necessaria, & que recte præcepta, & à cunctis obseruata diligenter, firmiter ac fixius Ecclesie statum quietemq; sed & gloriam stabiliat: quippe qua præfinitur ambitiosis querendorum ac possidendorum beneficiorum terminis, ut (quod est in primis agriculturæ præceptis) habeat nemo plura quam colere possit. Quæ de re hoc in opusculo paruo aggrediar disputare, si prius tamen ostendero, quid sit id, de quo disputaturi sumus, nempe, quid, Beneficium, quid, Dignitas, quid, Præbenda, quid denique Parochia. Ne quum nobis huc referenda sint omnia, labamur interdum errore uerborum. Ignoremusq; uim sermonis eius, quo iura nobis definienda sunt: & est ista etiam recte docendi uia. Salubrosa hæc (objiciunt, ac ridens oratores, ornatoresq; uerborum) & inulta nostra professio, spinis & tribulis orationis plena, quæ nulla inuet eunt amœnitatibus. Nec uolo hoc, nec si uelim, negare possum: Sed nihil